



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

14. An sit licitum fœminis uti vestibus virorum? Et quid è contra? Ex p. 5.
tr. 7. r. 25.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

qua energica libidinis species ingeritur oculis spectantium, dicendum sit: etiam enim ex intentione non fierent, cum ex obiecto rei, & infirmitate humana soleat istis libido moueri, iudicet, inquam, quomodo iste ornatu ab impudico possit separari, aut in iudicio Dei, & conscientiae exculari? Et haec omnia docet Merchant, *vbi supra*, quae nimis, ut ror, plausibilita erunt nostro carissimo, & pio Patri Alberto.

9. Verum in Compendio Patris Layman edito Moguntia 1637. lib. 2. tract. 3. cap. 13. num. 11. Ita habetur: Mulier peccat mortaliter, si fecerit aliquem lapidum in mortale ob aspectum eius, & pulchritudinem luxu vestium; item si habitus eius sit turpis, & per se, ac directe ad libidinem provocans; item si inducat morem nudo peccatore incedendi, secus si sit moris. Ita ibi, quod mihi placet.

RESOL. XII.

An feminam Nobilis possit Chorea ducere, si timeat aliquem in particulari arreptuam occasionem peccandi? Ex p. 5. tr. 7. Ref. 25.

§. 1. Pro decisione huius casus adducam hinc verba Hurtado de Mendoza in 2. disp. 173. sent. 29. §. 319. vbi sic ait: Chorea non sunt de se illicite; pollunt enim honestissime duci etiam inter personas diversorum sexuum, vt contingit in Principum aulis, & Nobilium domibus; vbi Principes feminas, & honestas matrone choras ducunt, quin iste possit eas aliquis damnare peccare. Unde quando ipsa honesto motu pedes referunt ad numeros, si timant aliquem vagi & confusa acceptum occasionem ruinae, non tenentur abstinere ab illa actione quia ille timor est communis infinitis cebus, à quibus non propter ea tenetur abstinere; nihil enim est, quo non abatur hominum prauitas. Si vero aliqua femina prudenter timerit adstare aliquem in particulari acceptum occasionem ruinae, distinguedunt est, si non potest, nisi incommodè abstinere à chorea, non tenetur abstinere. e. g. si femina prouocetur à viro nobili, qui in iniuria referret, nisi femina prodeat; & adstantes habeant occasionem male suspicioris, si vero commode potest, tenetur abstinere, si alius peccat ex passione; si autem ex malitia, & potest sine aliquo incommodo id vitare, tenetur; at vero non tenetur priuare oblectatione illa honesta, & communia aliis feminis propter alius malitiam, aliquando vero tenetur propter passionem. Malitia autem colligit ex diuturnitate, passio enim non multum durat, sed ardet subito occasione aliqua de repente fomitem fugerente. Ita ille, & ego.

RESOL. XIII.

An sit licitum feminis uti vestibus virorum?
Et quid è contra? Ex part. 5. tract. 7. Ref. 32.

§. 1. Ad hunc casum ita responderet Sylvius in 2. D. Thom. quest. 169. artic. 2. ad 3. vbi sic ait. Aduerte de sc. vitiosum est, quod mulier vtratur velte virili, aut è conuerso, patim quia per se indecens est quod mulier mentiat se virum, aut quod vir mentiat se mulierem: partim, quia talis commutatio est incentiu concupiscentiae, & praefat occasionem oculisti libidinibus. Vide Clem. Alexandr. lib. 3. pagog. cap. 3. Non tamen ita est de se vitiosum, quia sit per se, seu natura sua malum, sive mendacium, fornicatio, & alia huiusmodi, sed quia

est de numero earum actionum, quae absolute considerata deformitatem, seu inordinationem quamdam important, ae nihilominus circumstantis quibusdam aduenientibus bona efficiuntur, de quarum numero S. Thom. quodl. 9. art. 15. dicit esse habere plures praebendas. Est ergo de fe vitiosum, quia speciem mali habet, ac nisi per bonam aliquam circumstantiam iustificetur veri nominis, peccatum est. Hinc est quod D. Thom. *præfensi articul.* scribit illam vestium sexui propriarum mutationem posse aliquando fieri abique peccato, veluti propter necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid aliud huiusmodi. Si autem abique simili causa fiat solùm ex leuitate, & absit tam scandalum, quam intentio periculunque libidinis, peccatum erit veniale, mortale vero si sit intentio, vel periculum laetitia, aut alioquin notable scandalum. Hæc Sylvius.

RESOL. XIV.

An sit licitum in diebus festis occupare puellas in facienda Recamaturis?

Ex quo deducitur, an pictura sit opus servile? Ex p. 6. tr. 6. & Mise. 1. Ref. 15.

§. 1. Affirmatuum sententiam docet Armilla Sup. hoc legge Resolutio verb. festum, num. 21. Azorius part. 2. lib. 1. c. 27. q. 6. & nouissime Author Casuum conscientia Bononiae disculporum anno 1635. mensis oct. huius Martio, casu 2. vbi sic habetur. Valde probabile est Ref. Caium non peccare occupando suas puellas diebus festiis in faciendo Recamaturis, vt artem addiscant; tum quia eas occupat in re quæ non est ita seruili, vt sit omnino seruorum propriæ; sed est, quamvis mechanica, ita tamen nobilis, vt à qualibet libera, & ingenua persona abique seruilitatis nota exerceri possit, & de facto multæ sunt nobiles feminæ, quæ huiusmodi arte delectantur, canque sapissime frequentant, cum sit ars perfidis arti pingendi, quæ a pluribus non vulgaribus Doctoribus astimatur ars liberalis, cum pingere nihil aliud sit quam lineas ducere, colores apponere, ac dispositis artificiose coloribus figuræ inducere, quæ hominem etiam liberum ac nobilem non dedecet. Tum quia non minus persona in pingendo cum acu, quam studiosi literarum in studio quadam animi voluptate capiuntur, ac decinentur, quod signum est artem istam, si non est omnino liberalis, certè ad liberalem valde accedere, quippe quæ ad animum recreandum instituta sit liberoque animo non indigna, vt est pictura, neque enim implicare videtur aliquibus idem opus esse seruile & non seruile variatis circumstantiis, vt de pictura refert Bonacina. Tum denique quia non minus licitum videtur diebus festis pingere acu, quam penicillo; sed hoc à pluribus Doctoribus conceditur artis præsternit descendæ, temporis fallendi, & animi recreandi gratia. Ergo, &c.

2. Sed an hac opinio sit probabilis remitto iudicio aliorum. Quod vero argumentū à pictura ad Recamaturam possit procedere, patet apud Azorium vbi supra, & Castrum Palauum tom. 2. tract. 9. pur. 6. num. 6. licet ibi sentiat picturam esse opus seruile. Quod vero excusentur puellæ laborantes in diebus festis ad vitandam otiositatem tenent Villalobos, Ioannes de la Cruz, Emmanuel Sà, quos ego citaui in 3. part. tract. 5. resolu. 8. quibus adde Merchantum in Ref. Doctor super Decalogum cap. 3. tur. 1. §. No. 9. 2. Sylvestrum verb. Dominica quaf. 5. conclus. 4. & Ghulimum in summ. ver. Festum n. 2. littera. I. licet etiam hic Sanchez

obiter, & inf. Sanchez. in opusculis tom. 2. lib. 5. cap. 2. dub. 18. in Ref. 20. num. 13. contrariam sententiam veriorem existimet. S. vlt.

RESOL. XV.

An sit peccatum mortale, si in omnibus festiis diebus, quis exerceat, v. g. per medium horam opus servile?

Et explanatur, si aliquis singulis diebus festiis laboreret per spatiū durarum horarum, non peccare mortaliter.

Et similiter notatur non esse peccatum mortale, si quis efficiat, ut multi eodem die, vel diversis festiis magna parte temporis laborent, si omnium labor vniatur, & singuli tantum modico tempore.

Et an si quis distinctis vicibus eademmet festino die servilia exerceat, ita vt in singulis vicibus parum temporis infumat, at totum tempus sit notabile, peccet mortaliter?

Et an, qui Templorum parietes tapetibus, & aulae ornant, possint hanc artem exercere in diebus festiis sine peccato mortali?

Et an puer laborans in diebus festiis ad eundam otium, excusatetur à peccato? Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 8.

Sup. hoc in §. 1. **A**ffirmatiuam docet Toletus lib. 4. c. 25. n. tom. 8. tr. 3. & nouissimè Fagundez præc. 1. lib. 1. Ref. 3. inter c. 17. n. 3. nam in opere servili cùm sit opus materia- medium, & le, datur continuatio, & extensio materiae, licet finem à vers. detur discontinuatio in ipsis diebus. Infertur ter- rito, vñque ad 2. Sed si haec opinio esset vera, vñ vñ operari- vers. Et tan- is; idè negatiuam sententiam affirmandam esse pu- to, quam docet Sanchez in summa tom. 1. lib. 1. c. 4.

Sup. hoc ibi- dem & in festiis die servilia exerceat, ita vt singulis vicibus eodem vers. parum temporis infumat, ac totum tempus sit nota- bille peccabit lethaliter. Secus si in diuersis diebus, etiam si habeat propositum singulis diebus paruo

* Sup. hoc in §. 1. vbi sic ait. Si quis distinctis vicibus eademmet festiis die servilia exerceat, ita vt singulis vicibus eodem vers. parum temporis infumat, ac totum tempus sit nota- bille peccabit lethaliter. Secus si in diuersis diebus, etiam si habeat propositum singulis diebus paruo

* Sup. hoc in §. 1. vbi sic ait. Si quis distinctis vicibus eademmet festiis die servilia exerceat, ita vt singulis vicibus eodem vers. parum temporis infumat, ac totum tempus sit nota- bille peccabit lethaliter. Secus si in diuersis diebus, etiam si habeat propositum singulis diebus paruo

tempore laborandi. Ita ille. * Vnde ego puto, quod inf. in §. 1. si aliquis singulis diebus festis laboraret per spatiū durarum horarum, non peccaret mortaliter, quia dicitur & materiae parvae non continuantur, neque coalescent in vñnum; sicut si in diebus diuersis ieiunijs parum quispiam singulis diebus comedet, et si simul haberet propositum; sic singulis illis diebus comedendo non peccaret¹, neque ieiuniūm frangeret.

Sup. hoc in §. 3. Notandum est etiam cum Sanchez vbi supra Ref. not. 1. non esse similiter peccatum mortale, si quis efficiat, huius Ref. & vt multi eodem, vel diuersis festis, magna temporis in eode vers. parte laborent, si omnium labor vniatur, & singuli tantum modico tempore, quia illa modica singulorum tempora minime vniuntur, & cuiuslibet culpa non est nisi venialis. Ergo &c. Sed post hæc scripta inueni omnia supradicta docere cum Sanchez Martinum Bonacinan tract. de legibus, disp. 5. quest. vnic. punt. 3. num. 3. & 4. vnde non est audiendus Fagundez, nam eius opinio esset laqueus omnium operariorum.

Sup. hoc in §. 4. Notandum est etiam hic obiter, quod puer laborans in diebus festiis ob eundam otium, tamen proprie fidei excusatetur ab Emanuele Sà ver. festum, n. 6. Ioanne de nem. & inf. la Cruz in direct. conscienc. part. 1. præc. 3. art. 1. dub. in Ref. 20. §. 1. concl. 4. Villalobos in manuali Confessar. c. 22. vlt. & pro parte in Ref. num. 99. vbi etiam haec verba afferit. [Las obras ser- not. seq. uiles que se pueden hazer secretamente, como coser,

¶. son licitas en fiesta, quando se hacen per lim- na.] & idem docuit in summa tom. 2. tr. 2. dub. 2. num. 10. vbi citat pro hac sententia Angulum, Syluestrum, & D. Antonium. Sed au. probabilitate indicent viri docti, nam aliqui hoc non admittunt, & quia de operibus seruilibus in diebus festiis inde fermo, ponam hic dubolum, de quo ipso dicatur.

5. An qui templorum parietes tapetibus, aulae ornant, possint hanc artem exercere sine peccato mortaliter in diebus festiis? Respondeo (quidquid) facientes non peccare mortaliter, etiam si antecedentes diebus talia ornamenta ponere possint, & in docet Bonacina de legibus, disp. 5. q. vnic. punt. 3. n. 3. citans Suarez, Caetanum, & Toletum quibus ego addo Fagundez præc. 2. lib. 1. c. 4. n. 4. cum aliis penes ipsum.

6. Nota. etiam quod in 2. part. tract. 1. misce- lan. * refol. 36. cum Filliucio docui, quod si aliqui in diebus festiis laborent per spatiū durarum horarum, non peccaret mortaliter. Et hanc sententiam præter Filliicum, tenet etiam ex eadem Societatis Iacobus Granado in part. 2. D. Thomas, contr. 6. tract. dissp. 2. sett. 6. n. 54.

RESOL. XVI.

An agasones, seu muliones possint cum bestiis, at rhesidis oneratis iter inchoare in diebus festiis? Et an qui per duas horas laborant in diebus festiis, excusatetur à peccato mortali ratione parvam materiae? Ex p. 2. tr. 1. 5. & Misc. 1. Ref. 5.

§. 1. **R**espondet Suarez de Relig. tom. 1. lib. 1. cap. 27. num. 3. distinguendo, nam si hinc ante diem spatiū bona fide inchoatum est, cum his oneribus excusatū continuatio, vel propter publicam utilitatem, ad quam necessarium est, vñne mora hæc transporatio rerum, & mercium factum, vel certè propter vitandum grave documentum, quod patenteret dicit agalones, tenui muliones si cogeneriter omnibus diebus festis quietescere, quoque iter agendo peruenirent. De inchoatione vero cum dictis rhesidis, seu curribus, & bestiis oneratis non est facile admittenda consuetudo quam Caet. 1. 2. q. 12. art. 4. abutum vocat; quia adiutavit, quod si illi muliones ducent mulos sine oneribus, non est illud citum ita progreedi, vel ab uno in alium locum transferre animalia in die festo, quia id solum est fieri facere, & non habet adiunctum opus servile. Hoc etiam docet Regin. tom. 1. lib. 19. cap. 4. nno. 50. & Franc. Galleti in margarita cas. cons. vers. 1. f.

2. Sed ego puto, audita Misla, raro in prædicto etio agalones inchoando iter cum bestiis oneratis, peccare mortaliter. Nam inchoatio talis itineris ideo est prohibita, quia habet adiunctam circumstatiōnem, includentem opus servile, & onera leuare, vel imponere; quod quidem de la ferme est. At dicti agalones in his oneribus leuandis, vel imponebant spatiū vñius horarum esse partem notabilē tantum, quia non consumunt; ergo ratione parvitas materiae, à peccato mortali excusatū buntur.

3. Quænam verò sit partitas materiae excusatū à tali peccato, incertum est Azor. p. 3. lib. 1. cap. 27. q. 5. Bonac. tract. de leg. disp. 5. q. vnic. punt. 3. n. 3. & Reginald. in præc. tom. 2. lib. 16. c. 3. n. 3. p. 1. quod Suarez de Relig. tom. 2. cap. 31. num. 2. putat hanc esse nimiam, & rigorolam restrictionem, quia